



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

Inhaltsverzeichnis

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

lector, imperatores de rebus sacris leges sancientes, id ipsum monitu sanctorum præsulum, ex scriptis legibus statuisse; nimirum ut imperatoria auctoritate coercerentur, qui ecclesiasticas sanctiones parvipenderent. Vide Baronium anno 458. numero 4.

EPISTOLA I.

LEONIS PAPÆ I.

AD EPISCOPOS PER CAMPANIAM
ET PICENVM, &c.

- | | |
|---|---|
| <p>I. <i>Vt nullus episcopus seruum alterius ad officium clericatus promoueat.</i></p> <p>II. <i>Vt quicumque ad sacerdotium, vel viduarum mariti, vel habentes numerosa coniugia, promoti fuerint, ab ecclesiasticis officiis arceantur.</i></p> | <p>III. <i>Quod vsuras, non solum clerici exigere non debeant, sed nec laici.</i></p> <p>IV. <i>Vt clericus nec suo nec alieno nomine fenus exercent.</i></p> <p>V. <i>Vt si quis sacerdotum contra interdicta fecerit, a suo submoueaturofficio.</i></p> |
|---|---|

Leo episcopus urbis Romæ, vniuersis episcopis per Campaniam, Picenum, Tusciam, & per vniuersas Italiae prouincias constitutis, in Domino salutem.

Vt nobis gratulationem facit ecclesiarum status salubri dispositione compositus, ita non leui nos moerore contristat, quoties aliqua contra statuta Canonum, ecclesiasticamque disciplinam præsumpta vel commissa cognoscimus: quæ si non, qua debemus vigilantia, reseruemus, illi, qui nos speculatores esse voluit, excusare non possumus, permittentes sincerum corpus ecclesiæ (quod ab omni macula purum custodire debemus) ambientium improba contagione foedari, cum ipsa sibi membrorum per * dissimulationem compago non congruat.

Ann. Christi 445. qui fuit annus pontificatus S. Leonis quartus scripta est hæc epistola. Idem in epistola Damasi papæ.

* dissimulationem

I.

Admittuntur passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur: & qui a dominis suis libertatem consequi minime potuerunt, ad fastigium sacerdotii, tamquam seruilis vilitas hunc honorem iure capiat, prouehuntur: & probari Deo se posse creditur, qui Domino suo necdum probare se potuit. Duplex itaq; in hac parte reatus est, quod & sacrum * mysterium

Dist. 54. Admittuntur.

* ministerium

G iij